



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>

Antverpiae, 1607

Item: Oratio pro purgatione cordis, & cælesti sapientia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)

æris & diuitiarum intelligas, sed de honoris etiam ambitu, ac vanæ laudationis desiderio, quæ omnia transeunt cum mundo. Munit parum locus, si *Esa. 41.* deest spiritus feruoris: nec diu stabit pax illa quæ sita forinsecus, si vacat à vero fundamento status cordis, hoc est, nisi steteris in me; permutare te potes, sed non meliorare. Nam occasione orta & accepta, inuenies quod fugisti, & amplius.

*Oratio pro purgatione cordis,
& cælesti sapientia.*

Seruus. 4 **C**onfirma * me Deus, per gratiã
Psal. 50. sancti Spiritus. Da virtutem
Eph. 3. corroborari in interiori homine, & cor
Matt. 6. meum ab omni inutili sollicitudine &
angore euacuare, nec variis deside-
riis trahi cuiuscumque rei vilis aut
preciosæ: sed omnia inspicere sicut
Eccl. 1. transeuntia, & me pariter cum illis
& 2. sub sole, vbi omnia vanitas, & affli-
ctio spiritus. O quàm sapiens, qui ita
considerat!
Sap. 9. 5 Da mihi Domine cælestem sapien-
tiam, vt discam te super omnia quære-
re &

re & inuenire, super omnia sapere & diligere: & cætera, secundum ordinem sapientiæ tuæ, prout sunt intelligere.

Da prudenter declinare blandientem, *Eph. 4.*
& patienter ferre aduersantem: quia hæc magna sapiëntia, non moueri omni vento verborum, nec aurem malè blandienti præbere Sireni: sic enim incepta pergitur via securè.

CAP. XXVIII.

Contra linguas obiectatorum.

1 **F**lli, † non agrè feras, si quidam de Domi-
te malè senserint: & dixerint, *nus.*
quod non libenter audias. Tu deterio- *1. Cor. 4.*
ra de teipso sentire debes, & neminem infirmio-
rem te credere. Si ambulas ab intra, non multum pöderabis volantia
verba. Est non parua prudëntia, silere in
tempore malo, & introrsus ad me con-
uerti, nec humano iudicio disturbari.

2 Non sit pax tua in ore hominũ. Siue enim benè, siue malè interpretati fue-
rint, non es ideò alter homo. Vbi est ve-
ra pax, & vera gloria? Nonne in me? Et *Ioan. 16.*
qui nõ appetit hominibus placere, nec
timet displicere, multa perfruetur pa-
cc.